



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Theodote Cvm Filis MM. 2. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

facitq; gustare gaudia sempiterna. S. Laur. Iustitiae
de humil.

S. THEODOTE CVM FILIIS MM.

2. Augusti.

Numerabat THEODOTE in viduo thoro filios, quos è conjugè demortuo genuerat, deos, quos verò Christi amore adoptaverat, victos et captivos longè plurimos. Talem Diocletianus Leucadio, qui mirè ejus nuptias ambiabat, tradidit, qui dum nullis eam blanditiis capi videt, & dominum ducere jam desperat, vinculis certè captus ad Bithyniæ tribunal adducit. Hic matris pectus per filiorum latus oppugnaturus EVODIVM primogenitum, minimum natu, filium cuniculis verborum subruere annititur. His ubi nihil proficere se videt, in apertam vim, verbera atrocissima prorumpit. Sed plena animis verba, quibus mater ad constantiam suos firmabat, plus poterant apud filios quàm verbera tyranni. Interea Hyrtacus homo non jam sceleratus, sed scelus, pudicitiae matris manum afferre attentat, sed qui pro hac tuenda excubabat Angelus, irruentem ita pugno excepit, ut quantumvis impudentis vultum largo sanguine erubescere tamen faceret. Post hæc Præses matris geminam mortem minatur, dum hanc sub oculis ejus filius geminis intentat. Sed illa Spartanæ hoc unicum votum suum esse dicebat, bis atque quàm semel mori, & filiorum prius oculos, quàm suos claudere; scire se ad hoc filios genuisse, ut essent qui pro patriâ, Cælo, occumberent. Ergo flammanthem fornacem unâ omnes injiciuntur. Ecce continuo Superi probarunt & ad sese raperunt.

runt aurum. *Ex actis S. Anastasia.*
 Cùm sis adolescens, silentium & diligentiam cole:
 diligentia enim te gratum conservat; silentium au-
 tem anime lucem tuetur, nec splendorem ejus tene-
 bris obrui sinit; semper denique & in omni actione
 comes tua sit humilitas, S. Ephrem de vita spirit.

S. PETRVS EPISC. 3. Augusti.

EX principum Salernitanorū stirpe ajunt oriun-
 dum PETRVM. Sed ut in nobiliorem etiam fa-
 miliam transfiret D. Benedicti, non dubitavit pur-
 puram cum cucullo mutare. Attulit tamen hic al-
 teram illi purpuram, cū Pont. Anagnæ ab Alex.
 Pont. Max. datus est. Sed nos illud multò pluri-
 facimus, Cælitibus tam familiarem PETRVM fuisse.
 Etenim cū dubitatio suborta esset Agnaniensibus,
 num D. Magni ossa penes se haberent, eam ex
 omnium animo delevit ipse Magnus, & testis suus
 ipse verissimus femina à paralyfi afflicta (excuba-
 re eam PETRVS ad tumbam Divi jusserat) sub no-
 ctem conspicuus suam præsentiam Episcopo, si-
 mul sanitatem agræ nuntiavit. Idem D. Magnus
 PETRO oranti visus iter illi Constantinopolim
 indicxit & simul itineris rationem edixit, ut quòd
 valetudinem Imperatori allaturus, & invicem,
 quidquid postulasset, esset ablaturus. Itur ergo
 Constantinopolim ad Michaëlim. Sed negat hic
 se vel Anagniam vel Medicum D. Magnum nosse.
 Ut igitur nosceret, nocte insequenti cum morte
 instanti Imp. spectendum se obtulit ipse, Magnus
 & cum Magno VIRGO Maxima, monuitque PE-
 TRO crederet, medicinam morbo facturo. Accer-
 fitur igitur hic, & valetudini restituitur Michaël
 Ro